

Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo aestate, & non dabitur illi. *Prov.* 20. 4.  
Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem lesatur otium, replebitur ege-  
state. *Ibid.* 28. 19.

Consideravit (*mulier sapiens*) femitas domus suae, & panem otiosa non comedit. *Ibid.* 31. 27.  
Mane semina semen tuum, & vespere ne cesser manus tua. *Eccles.* 11. 6. *Eccles.* 20. 30.  
Mullum enim malitiam docuit otiositas. *Eccles.* 23. 29.

Ecce hæc vult iniquitas Sodomæ: (*Et vixit otiosus civis*): superbia, saturitas panis & abun-  
dantia, & otium ipsius & filiarum ejus. *Ezech.* 16. 49.

*Jonas* dum conat esse occupari in mari vel labore ad vestendum naufragium, vel oratione ad Deum,  
selus domit, & inde proleitur in mare, & fit præda pisci. *Jonas* 1. 5.

Spiritus immundus viciens, invenit domum vacantem. Tunc vadit, & assumit septem alios spi-  
ritus secum nequiores se, & intrantes, habitant ibi. *Matth.* 12. 44.

Cum autem dormiant homines venit inimicus ejus, & supereminavit Zizania in medio  
tritici. *Ibid.* 13. 25.

Patris familias increpat stultos in spe fructus, eosque ad laborem mittit. *Ibid.* 20. 3.

Servus piger & inactus, qui cum commisso sibi talento noluit operari, ejicitur in tenebras exterior-  
tes. *Ibid.* 25. 30.

Nolite locum dare diabolo: qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operan-  
do manibus suis quod bonum est. *Ephes.* 4. 27.

Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut  
vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, &c. *1. Thess.* 4. 10.

Si quis non vult operari, nec manducet. *2. Thess.* 3. 10.

Paulus præcipit vitare illas viduas, quæ otiosæ discunt circuire domos: immo non solum otiosæ,  
sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. *1. Tim.* 5. 13.

Discant autem & nostri bonis operibus præcise ad usus necessarios, ut non sint infructuosæ.  
ad Titum 3. 14.

## P

## TITULUS I.

Pañum. Vide & Fædus.

Fædum cum quibus non fit invidium.

**N**on inibis cum eis (*Gentibus*) fædus, nec cum diis eorum. *Exod.* 23.  
Ne in eas pañum cum hominibus illarum regionum (*Gentium*) ne, cum fornicat fuerit  
cum diis suis, & adoraverint simulacra eorum, vocet te quisquam, ut comedas de immola-  
tis. *Ibid.* 24. 17.

Non inibis cum eis (*Gentibus*) fædus: neque sociabis cum eis conjugia. Filiam tuam non  
dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo. *Deut.* 7. 5.

Rex Achab a Propheta reprehenditur, quod fædus cum Benadad rege Syria inierit, illumque vivum  
dimiserit. *3. Reg.* 20. v. 31. 42.

Pañum contra Dei voluntatem cum infidelibus inimus, puniuntur.

**I**srael sociatur Gentibus a Domino detestatis ad istius exercitationem, ideo sapius pro extremis Regi-  
bus. *Judic.* 3. c. 1. 24.

Rex Achab a Propheta reprehenditur, quod fædus cum Benadad rege Syria inierit, illumque vivum  
dimiserit. *3. Reg.* 20. 2. v. 34. 41.

Cui (*Regi Japhath*) occurrit Jehu, (*Propheta*) filius Hanani, Videns, & ait ad eum: Impio  
(*Achab*) præbes auxilium, & his, qui oderunt Dominum, amicitia jungeris, & idcirco iram  
quidem Domini mereberis. *2. Paral.* 19. 2.

Fædum inquit Deus cum populo.

**P**anamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. *Gen.* 17. 2. Et  
statuam pañum meum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis,  
fœdere sempiterno: ut sim Deus tuus, & seminis tui post te. *v. 7.*

Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pañum meum, eritis mihi in peculium de  
cunctis populis: mea est enim omnis terra. *Exod.* 19. 5.

Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. *Deut.* 5. 2.

Eccæ dies venient, dicit Dominus: & faciam domui Israel, & domui Juda fœdus novum.  
*Jerem.* 31. 31. v. 33.

Fædum inquit populus cum Deo.

**P**ercussit ergo Josue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta, atque judicia in Si-  
chem. *Josue* 24. 25.

Stetitque rex (*Josias*) super gradum: & fœdus percussit coram Domino, ut ambularent  
post Dominum, & custodirent præcepta ejus, & testimonia, & cæremomas in omni corde, &

in tota anima, & suscitarent verba fœderis hujus, quæ scripta erant in libro illo: adquirevit  
que populus. *4. Reg.* 23. 3. *Idem* 2. *Paral.* 26. 12.

Pepigit autem Josada fœdus inter se, universumque populum & regem ut esset populus Do-  
mini. *2. Paral.* 23. 16. 2. *Esdr.* 10. 29.

Pañæ sunt servanda. *Exempla.*

**R**achab vero meretricem, & domum patris ejus, & omnia quæ habebat, fecit Josue vive-  
re, & habitaverunt in medio Israel usque in præsentem diem; eo quod absconderit nun-  
tios, quos miserat, ut explorarent Jericho, *Josue* 6. 25. *Conf.* cap. 2. 14. &c.

*Inquit Saul ad David*: Jura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, &c. Et jura-  
vit David Sauli. *1. Reg.* 24. 22. *Conf.* 3. *Reg.* cap. 2. 8.

Respondit Michæas Propheta Regi Achab: Vivit Dominus, quia quocumque dixerit mihi Deus  
meus, hoc loquar. *2. Paral.* 18. 13. *Vide sequentia.*

## TITULUS II.

Palme spirituales.

**E**xcendit palmites suos usque ad mare: & usque ad flumen propagines ejus. *Psal.* 79. 12.  
Facta est ergo (*domus Dei*) vinea, & fructificavit in palmitibus, & emisit propagines.  
*Exech.* 17. 6. *Vide* v. 7. 8. 9.

Vidit (*domus Dei*) altitudinem suam in multitudine palmitum suorum. *Ibid.* 19. 11.

Omniem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum (*Paterfamilias*): & omnem qui fert  
fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. *Jerem.* 17. 2.

Sicut palme non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi  
in me manseritis, &c. *Ibid.* v. 4. v. 5. 6.

## TITULUS III.

Pañæ.

Sumitur pro quolibet cibi genere.

**I**n sudore vultus tui visceris panem, donec revertaris in terram, de qua sumptus es. *Gen.* 3. 19.

Panamque buccellam panis, (*sicut Abraham ad hospites suos*), & confortate cor vestrum, pa-  
naea transibitis. *Ibid.* 18. 5.

Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem & utrem aquæ imposuit scapulae ejus (*Agar*),  
tradiditque puerum, & dimisit eam. *Ibid.* 21. 14.

Jacob -- immolatisque victimis in monte, vocavit fratres suos, ut ederent panem. *Ibid.* 31. 54.

Frater Joseph postquam miserunt hunc in cisternam, sedentes comederunt panem. *Ibid.* 37. 15.

Frater Joseph parabat munera, donec ingrederetur Joseph meridie, & audierant enim quod  
ibi comeduri essent panem. *Ibid.* 43. 25.

Quare dimisit hominem? vocate eum, ut comedit panem. *Exod.* 2. 10.

Obtulit ergo Jethro cognatus Moysi holocausta & hestias Deo: veneruntque Aaron & om-  
nes seniores Israel, ut comederent panem cum eo coram Deo. *Ibid.* 18. 12.

Afflixit te (*Israel*, dicit Moyses, Deus) paupertas, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas  
tu & patres tui: ut ostenderet tibi, quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo  
quod egredietur de ore Dei. *Deut.* 8. 3.

Quare discipuli tui, (*sicut Pharisæi ad Jesum*), transgrediuntur traditiones seniorum? non  
enim lavant manus suas, cum panem manducant. *Matth.* 15. 2.

Et cum venissent discipuli ejus (*Christi*) trans fretum, obliti sunt panes accipere, &c. *Ibid.*  
16. 5. &c. v. 7. 8.

Et convenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare. *Marc.* 3. 20.

Et cum vidissent (*Pharisæi*) quosdam ex discipulis ejus (*Christi*) communibus manibus, id  
est non lotis, manducare panes, vituperaverunt. *Ibid.* 7. 2.

Panam nostrum quotidianum da nobis hodie, Domine. *Luc.* 11. 3.

Quotidie quoque perdurantes unanimitè (*discipuli Christi*) in templo, & frangentes circa do-  
mos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis: *Act.* 2. 46.

Pañæ labore comparandus.

Vide etiam in Lit. Or. in Tir. Opus, sub finem: Operatio domestica. Item

Otium vitandum.

**I**n sudore vultus tui visceris panem. *Gen.* 3. 19.

Qui operatur terram suam, satiabitur panibus. *Prov.* 12. 11.

Mane semina semen tuum, & vespere ne cesser manus tua. *Eccles.* 11. 6.

Qui operatur terram suam, inaltavit acervum fragum. *Eccles.* 20. 30.

Homo nascitur ab labore, & avis ad volatum. *Job.* 5. 7.

Nolite locum dare diabolo: qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operan-  
do manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. *Ephes.* 4. 27.

Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis, & operam detis, ut quieti sitis, & ut  
vestrum



vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut praecepimus vobis. 1. Thess. 4. 10  
Si quis non vult operari, nec manducet. 2. Thess. 3. 10  
Disceant autem & nostri bonis operibus praeside ad vili necessarios, ut non sint instructio.

ad Tit. 3. 14  
Ut cum silentio operantes, suam panem in inducent. 2. Thess. 3. 12  
Papa est Iudex Con. reu. istarum. Vid. Tit. Iudex sub synem.

## TITULUS IV.

Parabola.  
Parabolarum Catalogus.

Variis **P**arabola Aquarum egrediensium e domo. Ezech. 47. 1. Aquila grandis. C. 17. 3. Arborum locis. **P**ungentium regem super se. Iudic. 9. 8  
Daurum Cantharum suum. Jerem. 24. 1. Cardui & Cedri. 4. Reg. 14. 9. Paral. 25. 18. Tigull. Iudic. Jerem. 13. 1. Canna magna. Matth. 22. 2. Luc. 14. 16. Vide Apoc. 19. 9  
Druis & pauperis habentis unam oculum. 2. Reg. 12. 1. Druis cuius agri exuberant. Luc. 12. 16. Daurum debitorum. C. 7. 41. Dispositio iniqui delati ad dominum. C. 16. 1. Draconis. cap. 15. 8  
Fementi. Matth. 13. 33. Luc. 13. 21. Figuli. Jerem. 18. 2. Ficus. Matth. 24. 32. Marc. 13. 28. Luc. 13. 6. & 21. 29. Filii prodigi. Luc. 15. 11. Daurum cuiusdam matris filiorum. 2. Reg. 14. 5. Fillorum daurum, aliterius inuigari, inuigari alterius. Matth. 21. 29  
Ganti suapti. Matth. 13. 31. Marc. 4. 31. Luc. 13. 19  
Invitatorum ad nuptias. Luc. 14. 7. Iudicis iniqui. C. 18. 2. Laguna resacca. Jerem. 19. 1. Margaritae. Matth. 13. 45. Marum serviti distributorum. Luc. 19. 12. Mulieris parcuriensis. Joan. 16. 21. Daurum mulierum eiusdem matris fornicantium. Ezech. 23. 1  
Negotiatoris. Matth. 13. 45. Navicula nequa. Ezech. 5. 1. Ovesphori aut ligna resacca. Jerem. 19. 11. Olla. Ezech. 24. 3. Operarum in vinea. Matth. 20. 1. Ovis perditus. C. 18. 12. Luc. 15. 4. Ovicula pauperis. 2. Reg. 12. 1. Ovium non habentium pastorem. 3. Reg. 22. 17. 2. Paral. 18. 16. Ovis & Ovis. Joan. 10. 1  
Patrisfamilias plantantis vineam. Isa. 5. 1. Jerem. 2. 21. Matth. 21. 33. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9. Pharisaei & Publicani. Luc. 18. 10. Daurum in foro sedentium. Matth. 11. 16. Luc. 7. 32. Rechabitarum. Jerem. 35. 1. Regis consentiens rationem cum serviti suis. Matth. 18. 23. Regis facientis nuptias filio suo. cap. 22. 2. Luc. 14. 16. Regis iurati in bellum contra alteram regem. Luc. 14. 31  
Sagena iacta in mare. Matth. 13. 47. seminatantis. C. 13. 2. Marc. 4. 13. Luc. 8. 5. Sinapi. Matth. 13. 31  
Talentorum. Matth. 25. 14. Luc. 19. 12. Turrim adificare volentis. Luc. 14. 28. Thesauri occultati. Matth. 13. 44  
Vinea plantata. Isa. 5. 1. Jerem. 2. 21. Matth. 21. 33. Mar. 12. 1. Luc. 20. 9. Virginum decem. Matth. 25. 2. Vitis & palmitum. Joan. 15. 1  
Zizaniarum. Matth. 13. 26

## TITULUS V.

Parentis.

Parentes sunt honorandi & reverendi.

**S**eni & Patres benedictionem patris meruerunt, quia nudo usquequum prebuerunt. Gen. 9. 26  
Cuius vero filius maledictus fuit, quia patris multatorem derisit. Ibid. 27. per rotum.  
Magna estimatio erat apud antiquos benedictio patris, ut patet in Jacob & Esau, qui ipsam sollicito quaesierunt. Ibidem.  
Licit Esau asper homo malus reprobus a Deo, & odio habebat fratrem suum Jacob, volebat tamen ipsum occidere vivente patre suo Isaac. Unde dicebat: Venient dies lectus patris mei, in hoc deservens patri honorem, & timens esum eius.  
Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longaevis super terram. Exod. 20. 12  
Qui percuferit patrem suum aut matrem, morte moriatur, &c. Ibid. 21. 15  
Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Ibid. v. 17  
Unusquisque patrem suum, & matrem suam timeat. Levit. 19. 3  
Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matrique maledixit, sanguis eius sit super eum. Ibid. 20. 9  
Honora patrem tuum & matrem, sicut praecepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo vivas tempore, & bene fit tibi, &c. Deut. 5. 16  
Si genuerit homo filium contumacem, & protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, & coactus obedire contempserit: lapidibus eum obruet populus, &c. Ibid. 21. 18. & v. 21  
Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem: & dicit omnis populus: Amen. Ibid. 27. 16  
Reddi.

Reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfecit septuaginta fratres suos. Iudic. 9

Non aulterius filii Hell patrem isidi corripientem, & isido divinam ultionem experti sunt. 1. Reg. 2. 23. Cap. 4. 11

David a facie Saul fugiens, & in magna necessitate existens, habuit curam parentum suorum, & commendavit illos diligenter regi. Mon. Ibid. 22. 3  
Absalem David patrem suum de regno expellere laborabat, sed p. sine eis successit. 2. Reg. 15. & 18. c.  
Veniente Berchabaa matre, surrexit Salomon rex, adoravitque eam, & postus est thronus maris ad dextram filii regis. 3. Reg. 2. 19

Duo filii Satharib ocellerunt patrem, sed noster eorum regnavit post eum. 4. Reg. 19. 37  
Tobias senior instruit filium suum, inter cetera dicit: Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vite tuae. Tob. 4

Audi patrem tuum, qui genuit te: & ne contemas, cum fuerit mater tua. Preu. 23. 22  
Qui maledixit patri suo & matri, extinguetur lucerna eius in mediis tenebris. Ibid. 20. 20  
Oculum, qui subannat patrem, & qui descipit partum matris suae, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilae. Ibid. 30. 17

Iudicium patris audite filii, & sic facite, ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis, & iudicium matris exequiens, firmavit in filiis. Ecl. 3. 2

Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: & qui obedit patrem, refrigerabit matrem. Ibid. v. 5  
Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis ferviet his, qui se genuerunt. Ibid. v. 8

In opere & sermone & omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in novissimo maneat, &c. Ibid. v. 9

Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, ejus confusio, &c. Ibid. v. 12

Filii, fidei sententiam patris tui, & non contristes eum in vita illius: & si desideret sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua. Ibid. v. 14

Quam male famae est, qui derelinquit patrem: & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem. Ibid. v. 18

In toto corde tuo honora patrem tuum; & genitus matris tuae ne obliviscaris: memento quoniam nisi per illos natus non fuisset; & retribuere illis, quomodo & illi tibi. Ibid. 7. 28

Honora patrem & matrem &c. Matth. 15. 4. usque ad v. 7. Vide Cap. 19. 19. Marc. 7. 10. & cap. 10. 10. Luc. 18. 20

De puero Jusa dicitur: Et descendit cum eis (scilicet Maria & Joseph) & venit Nazareth, & erat subditus illis. Luc. 1. 51

Sic etiam pendens in cruce Jesus, matrem suam dilecto discipulo commendavit. Joan. 19. 27

Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: ut bene fit tibi, & sis longaevis super terram. Eps. 6. 2

Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. Coloss. 3. 20

Paventum amor, Dei & Christi amori cedere debet.

**C**um Abraham a Deo iussus fuit filium suum immolare, prompte fecit. Gen. 22

Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Matth. 10. 37

Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, -- non potest meus esse discipulus. Luc. 14. 26

Parentum erga liberos officia: Vide & filii instituti. Pietatem eos docere.

**S**cio enim, (ait Dominus) quod praeceptum sit filiis suis, & domui suae post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iudicium & iustitiam: ut adducat Dominus propter Abraham omnia quae locutus est ad eum. Gen. 18. 19

Sara adeo fuit sollicita pro filio suo Isaac bene educando, ut eum vidisset Isaacem filium Agar ancillae suae, ludere cum filio suo (a quoque indecenter) dixit ad Abraham maritum suum: Ejice ancillam hanc, & filium ejus. Ibid. 21. 9

Jacob singulis suis filiis benedicens, & quorumdam defectus arguens, futura illi praedixit; tandemque declaravit spultra sua loco, moritur. Ibid. 49

Occurrit Dominus Moysi in itinere, & voluit occidere eum, eo quod filium suum non circumcidisset iuxta legem Domini. Exod. 4. 24

Et narres (Moyse & Aaron ad Deum) in auribus filii tui, & nepotum tuorum, quoties contriverim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis, & sciat quia ego Dominus. Ibid. 10. 2. c. 12. 26

Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes. Cumque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo servitutis. Ibid. 13. 13

Et factum est grande miraculum, ut Core perirent filii ejus non perirent; nam peccatores patre, isti non peccaverunt, quod inter miracula hic numeratur. Num. 26. 10

*Sed in corrigendis liberis & arguentis moderatioris opus est.*

**E**T vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini. *Ephes. 6. 4.*  
Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. *Coloss. 3. 21.*

*Parentes debent orare pro liberorum felicitate, & peccatis amoluntis.*

**D**eprecatusque est David Dominum pro parvulo (suo agrotante). *2. Reg. 12. 16.*  
*Oravit David pro filio suo Salomone. 1. Paral. 29. 19.*  
Confusgenique (Job) diluculo offerebat holocausta pro singulis liberis; & sic faciebat cunctis diebus. *Job. 1. 5.*

*Parentes debent liberis tradere facultates: & prospicere de matrimonio.*

**H**abitavitque (Ismael) in deserto Pharan; & accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti. *Gen. 21. 21.*

Dixit (Abraham) ad servum seniore domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum, ut adjurem te per Dominum Deum cæli & terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanorum, inter quos habito: sed ad terram & conjugationem meam proficiaris; & inde accipias uxorem filio meo Isaac; &c. *Ibid. 24. 2.*

Dixit servus Abraham ad Laban: Et peperit Sara avor domini mei filium domino meo in senectute sua, dedisti illi omnia, quæ habuerat; &c. *Ibid. 25. 36.*

Dedique Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac: filiis autem concubinarum largitus est manera, &c. *Ibid. 25. 5.*

Vocavit itaque Isaac Jacob, & benedixit eum, præcepitque ei, dicens: Noli accipere conjugem de genere Chanaan: sed vade, & proficiere in Mesopotamiam, &c. & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban avunculi tui. *Ibid. 28. 1.*

Et pergens ad Hemor patrem suum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc conjugem. *Ibid. 34. 4.*

Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her nomine Thamar. *Ibid. 38. 6.*  
Sin autem (servus ancillam) filio suo desponderit eam, juxta morem filiarum faciet illi: Quod si alteram ei acceperit, providebit puellæ nuptias, & vestimenta, & pretium pudicitie non negabit. *Exod. 21. 9.*

Descendit ergo Samson in Thamnatha, vidensque ibi mulierem de filiabus Philisthiim, ascendit & nuntiavit patri suo & matri suæ, dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthiinorum: quam quæso, ut mihi accipias uxorem. Cui dixerunt pater & mater sua: Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere uxorem de Philisthiim, qui incircumcisii sunt? Dixit Samson ad patrem suum: Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis, &c. *Judic. 14. 1. per terram Capas. Vide & 1. Cor. v. 38. Et Titul. Matrimonium.*

*Parentes sunt honorandi ex corde.*

**A**udi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentam construe. Cum acciperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ ejus. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Cum autem & ipsa compleverit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me. *Job. 4. 2.*

Audi patrem tuum, qui te genuit, & ne contemas, cum fuerit, mater tua. *Prov. 23. 22.*  
Fili, suscipe seneclam patris tui, & non contresses eam in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua: elemosina enim patris non erit in obsecratione. Nam pro peccato matris restituatur tibi bonum, & in justitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, solventur peccata tua. *Ecclesi. 3. 14.*

*Diligentur.*

**Q**ui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis serviet his, qui se genuerunt. *Ecclesi. 3. 14.*  
Honorat patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris: Memento quoniam nisi per illos non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. *Ibid. 7. 29.*

Filii, obedite parentibus per omnia; hoc enim placitum est in Domino. *Coloss. 3. 20.*

*Propter Dei iustitiam.*

**U**nusquisque patrem suum & matrem suam timeat. *Levit. 19. 3.*  
Honorat patrem tuum & matrem sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus; ut longo vis tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Deut. 5. 13. Idem Exod. 20. 12.*

Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honorat patrem & matrem: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. *Matt. 15. & 3. Vide supra.*

*Ob boni conscientiam.*

**C**orona senum filii filiorum: & gloria filiorum, patres eorum. *Prov. 17. 6.*  
Judicium patris audite filii, sic facite, ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in s.

in filiis: & judicium matris exquirens, firmavit in filios. *Ecclesi. 3. 2.*  
In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. *Ibid. 24. 9.*

Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. *Ibid. 24. 5.*  
Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore: & qui obedit patri, reherigabit matrem. *Ibid. 24. 7.*  
Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuam, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. *Ephes. 6. 1.*

*Ob mali evasionem.*

**Q**ui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. *Exod. 21. 15. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. v. 17.*

Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem. *Deut. 27. 16.*  
Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominiosus est & infelix. *Prov. 19. 26.*

Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris. *Ibid. 20. 20.*  
Qui subtrahit aliquid a patre suo, & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, participet homicidio est. *Ibid. 28. 24.*

Oculus, qui subfannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. *Ibid. 30. 17.*

Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria ejus confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore. *Ecclesi. 3. 12.*

Quam male famæ est, qui derelinquit patrem: & est maledictus a Deo, qui exasperat matrem. *Ibid. v. 18.*

*Pascha. Vide in Tit. F. Estium Pascha.*

## TITULUS VI.

*Pastor.*

*Pastor summus Christus Deus affluente reusans errantes.*

**E**T ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & convertam eos ad iura sua: & crescent, & multiplicabuntur. Et fucitabo super eos pastores, & pascent eos, &c. *Jerem. 23. 3.*

Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas. *Ezech. 34. 11.*

Et educam eas -- & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel. *Ibid. v. 13.*

Ego sum pastor bonus. *Joan. 10. 11.*

Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum, aptet vos in omni honore, ut faciatis ejus voluntatem: faciens in vobis, quod placeat coram se per Jesum Christum. *Hebr. 13. 20.*

Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum. *1. Pet. 2. 25.*

*Copiose remunerans obsequentes.*

**S**icut pastor gregem suum pascat: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit, ita ipse portabit. *Isa. 40. 11.*

In pascuis uberrimis pascam eas, &c. *Ezech. 34. 14.*

Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod contractum fuerat, alligabo; & quod infirmum fuerat consolidabo; & quod pingue & forte custodiam, & pascam illas in iudicio. *Ibid. v. 16.*

Vos autem greges mei (greges pascuis mee, homines istis, & ego Dominus Deus vestrorum) hæc dicit Dominus Deus. *Ibid. v. 17.*

Ego sum pastor bonus: & cognosco oves meas, & cognoscant me meæ. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ovibus meis. *Joan. 10. 14.*

Ego vitam æternam do eis; & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. *Ibid. v. 28.*

*Pastores, præceptores, & alii presbiteri, qui debent sollicitudines, & cum esse erga sibi commissos.*

**D**iligenter agnosce vultum pecoris tui, tuoque greges considera: non enim habebis fugiet potestatem, sed corona tribuetur (tibi) in generationem & generationem. *Prov. 27. 23.*

Diligite lumen sapientiæ omnes, qui præstis populis. *Sap. 6. 23. v. 26.*

Quod infirmum fuit (pastores) non consolidatis, & quod agrotant non sanastis, quod contractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis. & quod perierat, non quaesistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, &c. *Ezech. 34. 4. Per 1. tum caput.*

Quid vobis videbitur si fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis: nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quaerere eam, qua erravit. *Matt. 18. 12. Luc. 15. 4. verbatim habetur.*

*Thesaur. bibl.*

Ge

Quis,











*Pauper propter scientiam & religionem gloriam adipiscitur, & alius ob divitias suas in honore est.*

*Ecclesi. 10. 33*

Memento paupertatis in tempore abundantiae, & necessitatem paupertatis in die ditiarum.

*Ibid. 18. 27*

Scio tribulationem tuam, & pauperem tuam, sed dives es. *Aperi. 2. v. 9*

*Necessitatis contentantur.*

**N**OLI timere, fili mi. pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. *Tob. 4. 23*

Discipuli autem prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judaea fratribus: &c. *Act. 11. 29*

Edent pauperes, & saturabuntur. *Psal. 21. 27*

Melius est modicum iusto, super divitias peccatorum multas. *Ibid. 36. 16*

*Pauper, qui sibi laborat, praestat gloriosum, qui pane indiget. Prov. 12. 9*

*Est, qui sese abiectioni sponta cum tamen omnino nihil habeat; est rufus, qui fingit se pauperem, cum opibus abundat. Ibid. 12. 7*

Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni & infatigabiles. *Ib. 15. 16*

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. *Ib. 16. 8*

Duo rogavi te, ne deneges mihi, &c. Vanitatem, & verba mendacia longe fac a me. Mendacitatem & divitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria: ne forte satietas illicita ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus fuerit, & perjurum nomen Dei mei. *Ib. 20. 7*

Melius est puer pauper & sapiens, rege sene stulto, qui nescit praevidere in posterum. *Ecclesi. 4. 13*

*Summa vita humana est aqua, & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. Ecclesi. 29. 28*

Initium necessitatis rei vite hominum aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis simillagines, & mel, & bonus vinus, & oleum, & vestimentum. *Ibid. 39. 31*

Vita sibi sufficienter operarii condolebitur. *Ib. 40. 18*

Nihil enim invidius in hunc mundum: haud accipium, quod ne auferre quid possimus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. *1. Tim. 6. 7. Job 1. 21. Ecclesi. 7. 12*

*A hosti sustentantur.*

**E**T omnino indigeas, & mendicus non erit inter vos. *Deut. 15. 4*

Non decernit pauperes in terra habitationis tuae: ideo ego praecepit tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra. *Ibid. v. 12*

Et adiuvit pauperem de inopia. *Psal. 106. 4*

Novit iustus causam pauperum. *Prov. 25. 7*

Congregatio pauperum affabilem te facit. *Ecclesi. 4. 7*

De collectis autem quae sunt in sanctos, sicut ordinavi in Ecclesiis Galathae, ita & vos facite. *1. Cor. 16. 1*

Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quae data est in Ecclesiis Macedoniae. *2. Cor. 8. 1*

Si enim voluntas prompta est: secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum. *Ibid. v. 12*

Tantum ut pauperum memores efficiamus. *Galat. 2. 10*

*A Deo remunerantur.*

**E**xultate in conspectu eius (Dei) --- patris orphanorum & iudicis viduarum. *Psal. 67. 6*

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. *Ibid. v. 12*

Est homo marcidus, egens recuperationes, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eam ab humilitate ipsius, & exaltavit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum. *Ecclesi. 11. 12*

Conside autem in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem. *Ibid. v. 22. Job. 42. 10*

Et pascitur primogenitis pauperum, & pauperes fideliter requiescent, &c. *Ista. 14. 30* Quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius. *Ib. v. 32*

Et addent mites in Domino laetitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt. *Ibid. 29. 19*

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. *Matr. 5. 3*

Si vis perfectus esse, vade, & vende, quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni sequere me. *Ibid. 19. 21*

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam aeternam possidebit. *Ibid. v. 29*

Amen

Amen dico vobis: nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, ut sorores, ut patrem, &c. aut agros propter me, & propter Evangelium, qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc, &c. & in saeculo futuro vitam aeternam. *Matr. 10. 29*

Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abraham. *Luc. 16. 22*

Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut parentes &c. propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in saeculo venturo vitam aeternam. *Ib. 18. 29*

*De malis illatis vindicantur.*

**A**Dvenam non contristabis, &c. Viduae & pupillo non nocetis, &c. *Exod. 22. 21*

Et populum pauperem salvum facies. *2. Reg. 22. 28*

Porro salvum faciet egenum a gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem. *Job 5. 15*

Eripier de angustia sua pauperem, &c. *Ib. 36. 15*

Quoniam non in finem oblivio erit pauperis, &c. *Psal. 9. 19*

Tibi derelictus est pauper. *Ibid. v. 34*

Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. *Ib. 11. 6*

Respice in me, & miserere mei: quia unicus & pauper sum ego. *Ibid. 24. 16*

Cognovi, quia facit Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. *Ib. 139. 13*

Qui calumniatur egentem, exprobat factori eius. *Prov. 14. 31*

Qui despicit pauperem exprobat factori eius. *Ibid. 17. 7*

Dives & pauper obviaverunt sibi: utriusque operator est Dominus. *Ibid. 22. 2. Vide & Vers. 16*

Non facias violentiam pauperi quia pauper est: neque conteras egenum in porta: quia iudicabit Dominus causam eius, & conget eos, qui conserunt animum eius. *Ibid. v. 21. Cap. 23. 10*

Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. *Prov. 28. 27. Jacobi 1. 3*

Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus (Dei) perveniet, & iudicium (illius) festinato adveniet illi. *Ecclesi. 21. 6*

Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui auferit in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. *Ibid. 34. 35*

Non accipiet Dominus personam in pauperem, & deprecationem laevi exaudiet. *Ib. 37. 16*

Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat locutum gemitum. Neque lacrimas viduae ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eam? A maxilla enim ascendant usque ad caelum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. *Ib. v. 17*

Quia factus es (Deus) fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua. *Ista. 25. 4*

Egeni & pauperes quaerunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos. *Ibid. 41. 17*

Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non convertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calcamentis. *Amos 2. 6*

Audite verbum hoc, vacca pinguis, quae editis in monte Samaria: quae calumniata facitis egenis, & confringitis pauperes, quae dicitis Dominis vestris: Abserte, & bibemus. Juravit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos. *Ib. 4. 1. Cap. 5. 11. c. 8. 4*

*A malis homicidii abominantur.*

**E**Tiam proximo suo pauper odiosus erit. *Prov. 14. 20*

Cum obsecrationibus loquatur pauper: & dives effabitur rigide. *Ib. 18. 23*

Frater hominis pauperis oderunt eum: insuper & amici procul recesserunt ab eo. *Ib. 19. 7*

Sapienter sibi videtur vir dives: pauper autem prudens scrutabitur eum. *Ib. 28. 11*

Dives iniuste egit, & fremet: pauper autem laesus tacebit. *Ecclesi. 13. 4*

Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & heredes regni, quod repromissit Deus diligentibus se? Vos autem exhortatiis pauperem, &c. *Jacobi 2. 5*

*A Deo commendantur.*

**N**on decernit pauperes in terra habitationis tuae: ideo ego praecepit tibi, ut aperitis manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. *Deut. 15. 11*

Quando melius foret in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non revertaris ut tollas illum: sed advenam & pupillum, & viduam auferre patieris, & sic in alii, &c. *Ibid. 24. 19. &c. Confor. Levit. 19. 9*

Anima impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo. *Prov. 21. 10* Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. *Ib. v. 13*

Aperit os tuum, docere quod iustum est, & iudica inopem & pauperem. *Ib. 31. 9*

Discrete benefacere: quare iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. *Ibi. 1. 17. Luc. 7. 10*

*Respondit Iesus in iudicio curam de pauperibus: Amen dico vobis, quamdiu fecistis mihi ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Matr. 25. 41. Vide & v. 45*

Sed cum facis convivium (inquit Christus) voca pauperes, debiles, claudos, & cecos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. *Luc. 14. 13*

Necessi.

Necessitatibus Sanctorum communicantes. *Rom. 12. 13*  
De collectis autem, quæ sunt in Sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.  
*1. Cor. 16. 1. 2. Cor. 9. 4*  
Religio munda & immaculata apud Deum & patrem (*calistum*) hæc est: Visitare pupillos,  
& viduas in tribulatione eorum. *Jacob. 1. 27*  
Tantum ut pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus sui hoc ipsum facere. *Gal. 2. 10*  
Neque enim quilibet egens erat inter illos in Ecclesia primitiva Christiana, sed omnes ad Apostolus sublebantur. *Act. 4. 34*

Omnes dies pauperis, mali. *Prov. 15. 17*  
Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbrī vehementi, in quo paratur fames. *Job. 28. 3*  
Nequissima paupertas in ore impij. *Ecc. 13. 30*  
Tres species odit anima mea: &c. Pauperem sursum: divitem mendacem: seum fratrem & ingratum. *Ibid. 25. 3*

## TITULUS IX.

Pax.

**N**ec poterat eos capere terra, ut habitaret simul (*Levi & Abraham*): erat quippe substantia eorum multa: & nequibant habitare communiter. *Gen. 13. 6.* Dixit ergo Abraham ad Lot: Ne queso sit jurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. *ib. v. 8. Cap. 26. 22. c. 45. 24*  
Dabo pacem in finibus vestris (*scilicet benedictionibus*) dormieris, & non erit qui extereat. Aufertur malis b-ffias: & gladius non transibit terminos vestros. *Lev. 26. 6*  
Convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Invocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. *Num. 6. 26*  
Et quarite pacem civitatis ad quam transigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. *Jerem. 29. 7*  
Concordia fratrum & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes placent Deo & hominibus. *Ecc. 2. 2*  
Suffragio & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. *Ibid. 28. 15*  
Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. *Matt. 5. 9*  
Bonum est sal: quod si sal insultum fuerit, in quod illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos. *Matt. 9. 49. Luc. 14. 32*  
Pacem annuntians Angelus in natiuitate Domini. *Luc. 2. 14*  
Christus pacem discipulis suis ante passionem reliquit, post resurrectionem eis obtulit. *Joan. 14. 27*  
Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samaritaniam, habebat pacem, & edificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur. *Act. 9. 31. Luc. 24. 24*  
Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. *Rom. 12. 18*  
Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis Sanctorum doceo. *1. Cor. 14. 33*  
Supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. *Eph. 4. 2*  
Juventilia autem desideria fuge, sectare vero iustitiam, fidem, spem, caritatem, & pacem cum his qui invocant Dominum de corde puro. *2. Tim. 2. 22*  
Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam. *1. Petr. 3. 11*  
Pacem sequimini cum omnibus. *Hebr. 12. 14*  
Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem. *Jacob 3. 18. Apoc. 6. 4*

Pax interna qualis est inter Deum &amp; amicos eius.

**P**arvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. *Isa. 9. 6*  
Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam fugietis: ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis. *Ibid. 66. 12*  
Dicit Dominus: propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor ejus, &c. *Osæ 2. 14.* Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus. *ib. v. 20. Michæ 4. 3*  
Ecce rex tuus venit tibi iustus, &c. *Zach. 9. 9.* Et disperdam quadrigam eorum Ephraim, & equum de Jerusalem, & dissipabitur arcus belli: & loquetur (*Rex tuus*) pacem Gentibus, & potestas ejus a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad fines terre. *ib. v. 10*  
Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc. 2. 14*  
Dum autem hæc loquuntur (*scilicet quod surrexit Dominus vere, & apparuit Simon*) stetit Jesus

Jesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: Ego sum, nolite timere. *Luc. 24. 36. Joan. 20. 19*  
Paracletus autem Spiritus Sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixerit vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. *Joan. 14. 26*  
Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In Mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. *Ibid. 16. 33*  
Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum: hic est omnium Dominus. *Act. 10. 36*  
Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum. *Rom. 5. 1*

Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietum materia solvens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso, in unum novum hominem, faciens pacem. *Eph. 2. 14*  
Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu. *Phil. 4. 7*

Pax junitur pro inebriatione, felicitate, omnium prosperitatis generi & felicitatem rerum successu. Abo pacem in finibus vestris: dormietis: & non erit qui extereat, &c. *Lev. 26. 6. usque ad v. 13*

Zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns, &c. *Psal. 72. 3*  
Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. *Ibid. 121. 7*  
Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenti. *Isa. 37. 17*  
Et curabant contritionem filii populi nec cum ignominia, dicentes. Pax, pax, & non erat pax. *Jerem. 6. 14*  
Et quarite pacem civitatis, ad quam transigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. *Ibid. 20. 7*  
Ego cogito --- cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis finem & patientiam. *Ibid. v. 11*

Cum enim dixerint (*ipse propheta*) pax & securitas: tunc repentinus eis supervenit interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugiet. *1. Thess. 5. 3*

Pax spiritualis, seu effectus illius pacis quam habemus reconciliati Deo per Christum. **B**enedic Domine bonis & rectis corde --- pax super Israel. *Psal. 124. 4*  
Benedic tibi Dominus ex Sion: & videas bona Jerusalem omnis diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel. *Ibid. 127. 5*  
Multiplicabitur ejus (*Missa*) imperium, & pacis non erit finis. *Isa. 9. 7*  
Utinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, &c. *Job. 48. 18*  
Ecclesia Christianorum promittitur, quod perpetua Dei protectione sit in securitate vestra, & ceteris milita calamitati. *Ibid. 54. 13*  
Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Luc. 2. 14*  
Missa stabit, & pascet in fortitudine Domini --- & erit pax, &c. *Mich. 5. 4. Vide Isa. 2. 4. cap. 26. 12. c. 66. 12. Mich. 4. 3. Zach. 9. 10*  
Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum: per Dominum nostrum Jesum Christum. *Rom. 5. 1*

Dicit Jesus: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. *Joan. 14. 27*  
Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum. *ib. 16. 33. Vide & c. 20. v. 21. & 26.*  
Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum: hic est omnium Dominus. *Act. 10. 36*

Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo. *1. Cor. 1. 3. Rom. 1. 7. 2. Cor. 1. 2. Eph. 6. 23. Philip. 1. 2*

Ipse enim (*Christus*) est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietum materia solvens, inimicitias in carne sua --- faciens pacem, &c. *Eph. 2. 14*  
Et veniens evangelizavit pacem. *Ibid. v. 17*  
Solliciti (*scilicet*), servare unitatem spiritus in vinculo pacis. *Ibid. 4. 3*  
Induti loriceam iustitiæ, & calcatei pedes in preparatione Evangelii pacis. *Eph. 6. 14*  
Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in Christo Jesu. *Phil. 4. 7*  
Et pax Christi exaltet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, & grati estote. *Col. 3. 15*  
Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco &c. *2. Thess. 3. 16*

Pax.